



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Ivstitia Et, Ivs. Sex Libris totidem Tractatus appono, nempe de rerum
Dominio, de Restitutione, de Contractibus Gratuitis, de Contractibus
Onerosis, de Contractibus Fortunæ, de Contractibus Adminicularis, de
Quasi-Contractibus, & nonnullis Innominatis

Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663

Cap. 1. De Emptione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80681](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80681)



LIBER XXXIX.

CONTRACTVS ONEROSI.

POST Lucrativos sequuntur onerosi Contractus, & in primis agendum de iis, in quibus Dominium transfertur integrum, directum scilicet, & utile. Ex quibus duo sunt nominati Emptio, & Venditio, quae se habent loco unius, & Census, qui species, est quadam venditionis. Tertius est innominatus, & dicitur Cambium. Deinde adiciam Contractus Onerosos, in quibus transfertur rei ususfructus in alterum, pro aliqua pensione, vel obsequio. Hi sunt Locatio, & Conductio, Emphyteusis Feudum, & Libellus.

SECTIO PRIMA.

De Contractibus Onerosis Receptiores sine lite Sententiae?



CAPVT I.

De Emptione.

¹
Quid emptio.

EMPTIO est contractus, qui consensu perficitur pretij pro merce. Ad emptio- nis substantiam tria requiro, Mercedem, pretium, mutuum consensum. Dicitur merx qualibet res vendibilis mobilis, vel immobilis, ut sunt actiones iura, quae pecunia assolentur aestimari. Pretium est summus seu pecunia, quae inuenta est ut mensura rerum venalium, & merx esse non potest, aut instar mercis vendi nisi ratione materiae, vel alterius extrinsecae circumstantiae, ut quia vetus, pulchra, commoda ad transferendum. Lessi. lib. 2. c. 21. dub. 1. nu. 1. Valent. 2. 2. d. 5. qu. 20. pun. 1. Fill. 11. 35. n. 4.

²
Emptio & venditio vnum contractum recipiunt, qui requirit re- missionem, seu mutuum consensum. Et ex hoc capite hic contractus distinguitur tum a donatione, ac promissione liberali, tum ab alijs

contractibus, in quibus fit commutatio inter reciproca, quam inter mercedem, & pretium, ut est per commutatio, mutuum, & omnes innominati, item locatio, & conductio. Cum autem contractus emptionis sit in bonum utriusque contrahentis, requirit in utroque aequalitatem dati, & accepti, & potest fieri inter absentes per procuratorem, nuncium, Epistolam, solo enim consensu perficitur. Fillius. tr. 35. n. 6. & 7. Reginald. l. 25. n. 248. Bonac. de contr. d. 3. q. 2. pun. 1. num. 3. & 4.

³
Consensus conditionalis contractum emptio- nis ac venditionis suspendit usque ad conditio- nis eventum, quae posita, perficitur, sed eo modo ut effectus, qui est obligatio absoluta iuris si- gnalis con- ditione ad tempus initii contractus retrahatur: tractum perinde ac si ab initio consensus absolutus fuis- set. l. Qui balneum, l. Prior ff. qui potiores in pi- gnore. Certe contractus requirens ratihabitio- nem alterius, non censetur perfectus, nisi acce- serit ratihabitio. Quia ex dispositione iuris continet tacitam conditionem, quae illi vim dare debet, & fictione iuris eius perfectio, & obligatio eam sequens retrahatur, perinde ac si haec omnia ab initio fuissent. Azot. p. 3. l. 8. c. 26. Valsq. de rest. c. 6. §. 2. dub. 4. n. 31.

⁴
Omnia, quae pecunia aestimantur, vendi possunt, nisi adsit aliqua specialis prohibitio, & Omnia, quae circumstantia, pecunia.

